

ciusdem fluminis Primisnize octo mansos Flandrenses ipsis terminis adiecimus et inde per descensum eiusdem amnis, quousque ingrediatur siccam Alestram, inde vero regreditur per directum ad priorem terminum Iawer. Ut autem hec nostra et parentum nostrorum donatio apud presentes et posteros prefato cenobio et inibi deo servientibus integra illibataque permaneant, presentis pagine inscriptione et sigilli nostri impressione et idoneorum testium 5 annotatione corroboravimus. Sunt autem hii: Bertramus Misnensis canonicus. Matheus abbas de Cella. Thammo prior et Gerardus cellerarius ibidem. Hermannus burgravius de Hartburch. Menerus burgravius Misnensis. Henricus burgravius de Donin. Gerhardus burgravius de Greuz. Erkenboldus de Grizlau. Henricus de Corun. Albertus de Drevze. Henricus de Coldiz. Herdegenus de Liznik. Albertus dapifer de Borne. Ludolfus et 10 Ramuoldus de domo Grimme. Gunterus de Rochisberg. Henricus de Starinberg. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. CC., indictione tercia, in provinciali placito nostro Colmiz vi. kal. mai, regnante in celo et in terra domino nostro Ihesu Christo.

(S.)

47.

15

König Otto IV. schreibt dem Papst Innocenz III., dankt ihm für seine Wohlgenegtheit und meldet ihm unter anderen, daß der Erzbischof von Mainz erwirkt habe, daß am 28. Juli zwischen Andernach und Koblenz eine Besprechung beiderseitiger Anhänger und zwar von seiner (Ottos) Seite, des Erzbischofs von Köln u. a., von Seiten des Herzogs von Schwaben der Erzbischöfe von Salzburg und Trier, des Markgrafen Konrad von Landsberg u. a. stattfinden solle, die dann unter der Vermittlung des Erzbischofs von Mainz über die Frage, wem die römische Krone zukomme, nach der Mehrheit der Stimmen schließlich entscheiden würden; bittet den Papst, den gedachten Fürsten zu gebieten, daß sie ihre Stimmen zu seinen Gunsten abgeben. [1200 Mitte bis Ende April.] 20

Hdschr.: Reg. No. 6 fol. 5^b No. 20. Vatikan. Archiv.

Gedr.: Baluze, Ep. Innocentii III, 1,694; ed. Migne 3,1016. Böhmcr-Ficker 213.

Ann.: Nach Winkelmann, Philipp 173 ist der unlatirte Brief noch in den April zu setzen.

25

— — Ad hoc etiam Maguntinensem archiepiscopum elaborasse nostrosque principes consensisse iuxta admonitionem vestram, ut colloquium esse debeat inter Andernacum et Confluentiam in proxima sexta feria post festum beati Iacobi apostoli, vestram nolumus latere pietatem, in quo debent convenire, secundum quod inter eos 30 condictum est, ex parte nostra Coloniensis archiepiscopus, Monasteriensis episcopus, Leodiensis electus, Traiectensis episcopus, Padeburnensis episcopus, abbas Corbeiensis, dux Brabancie et comes Flandrie, ex parte vero ducis Suevie Salzeburgensis archiepiscopus, episcopus Frisingensis, Argentinensis episcopus, Basiliensis episcopus, Treuerensis archiepiscopus, dux Meranie, marchio Corradus de Landisberg, B[ertholdus] dux Ceringie 35 et ipse Maguntinus tamquam mediator, qui huic rei hactenus sollicitudinem, quam potuit, impendit. Qui principes finaliter de facto imperii in eo colloquio tractare debent et presentibus dissidiis omnino finem imponere et, quod a maiori parte ipsorum de corona Romani imperii statutum fuerit, hoc ab ipsis ceterisque Alamannie principibus inviolabiliter